



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 89. Pontificis responsum ad hæc Cæsaris postulata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

„Conciliis profuisset summorum Ponti- Sæcul. XVI.  
 „ficum, Cæsarumque præsentia; hinc A.C. 1563.  
 „prompto sum animo ad cuncta incom-  
 „moda toleranda, cunctaque negotia  
 „negligenda, ut tam sacrosancti ope-  
 „ris executionem urgere possim,  
 „ad quod quoque Pontificem adhortari  
 „præsumo, „

§. LXXXIX.

*Pontificis responsum ad hæc Cæsaris  
 postulata.*

Die decima octava Martii summus *Pallav. n. 4.*  
 Pontifex Cæsari respondit, & qui-  
 dem circa primum articulum ostendit,  
 quod nunquam ad Synodi suspensionem  
 animum adjecisset, quin imo magno-  
 rum Principum, qui Concilii interrup-  
 tioni obstitissent, monitis deferre sem-  
 per volupe habuerit. Ad alterum ve-  
 ro hunc in modum respondit, „deside-  
 „ro, ut Concilium libertate, præsertim  
 „in ferendis sententiis fruatur: facultas  
 „autem proponendi præprimis ad Præ-  
 „sides devoluta est, pro eo, quod fieri  
 „consueverat in aliis recte constitutis  
 „conventibus; hinc de eo convenit ea-  
 „dem Synodus ab initio, & quidem  
 „ex concordi sententia, duntaxat uno  
 „vel altero excepto Præsule: volo  
 „tamen, ut Legati postulationibus Ora-  
 „torum, ac præsertim Cæsareorum sa-  
 „tisfa-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

„tisfacerent: si vero in eo deessent,  
„polliceor, me rebus prospecturum:  
„mihi tamen displicet exorta fuisse in-  
„ter Patres diffidia de articulis, quos  
„tamen nec Legati proposuerant, nec  
„Lutherani oppugnant. „ Ad tertium  
reposuit Pontifex, quod prior ipse disci-  
plinæ emendationi sedulo incubuerit,  
jamque reformationis negotium in aula  
Romana inchoaverit, nulla habita ratio-  
ne cujuscunque præjudicii, quod inde  
sue auctoritati accrescere posset. Po-  
stremo ad quartum hæc subjecit Ponti-  
fex: „urbis angustix, ac Tridentinæ  
„ditionis sterilitas duabus Aulis adeo  
„numerosis nutriendis, & capiendis haud  
„sufficiens est, nec ob propinquos Rhæ-  
„tos, Helvetiosque hæreticos ac Pro-  
„testantes tutum ibi domicilium erit.  
„Ceterum mihi non licet Roma tam  
„longinque recedere sine tumultus dis-  
„crimine, propter terrorem classis O-  
„thomanicæ propius accedentis: meus  
„denique accessus ad Tridentinam ur-  
„bem detrimento foret, utpote qui ad  
„opprimendam Synodi libertatem ten-  
„dere videretur: nihilominus lubenter  
„Bononiam accessurus sum ad Cæsa-  
„rem ibidem coronandum, quo fortasse  
„etiam Synodus sponte se conferet,  
„ut ibidem disciplinæ leges juncta Cæ-  
„saris opera stabiliri possent: ceterum

„cu-

„curabo, ut cuncta copiosius per no-  
 „vum Legatum Moronum, quem ad  
 „Synodum decerno, Cæsari exponeren-  
 „tur. „

Sæc. XVI.

A.C. 1563.

§. XC.

*Arcanæ Cæsaris literæ ad Papam.*

Præter hæc Cæsaris literas, ad quas  
 Papa hoc responsum dederat, idem *Pallav. c. 8.*  
 Imperator adhuc aliam secretam epi-  
 stolam ad eundem perscripserat, in qua  
 eidem hæc exponebat: „Quamvis San-  
 „ctitas sua ad supremum Ecclesiæ so-  
 „lium sit elevata, in memoriam tamen  
 „suam revocare oporteret humanam  
 „mortalitatem, adeoque necessitatem  
 „emendationis maturandæ, antequam  
 „ab aliquo infortunio coeptum opus præ-  
 „cideretur: Primo autem loco videtur  
 „mihi formam excogitandam esse, qua  
 „Pontificis electio omnino sancte, recte-  
 „que haberetur, ac potissimum sine ulla  
 „simoniæ suspitione, siquidem a sano  
 „capite in membra reliqua sanitas de-  
 „rivatur. „ Postea Cæsar gradum fa-  
 ciebat ad creationem Cardinalium, &  
 Episcoporum, commemoratis dotibus,  
 quæ in illis requiruntur: hanc in  
 rem monebat, quantum ab eorum ope-  
 re, exemplo, atque existimatione bonum  
 ac dignitas Ecclesiæ dependerent; quo-  
 niam vero ex Episcopis alii a Ponti-  
 fice